

Aduertencias para

ad salutem animarum, cum in prædictis Religionibus sint viri illustres in doctrina & sanctitate, potentes in opere & sermone, ad exhortandum in omni bono. Quia ratione Summus Pontifex. ibi ordinat eos coadiutores priorum Sacerdotum. Et Magister Soto in. 4. dist. 18. q. 4. art. 3. resoluit commissionem ipsis Fratribus ad audiendas fidelium confessiones concessam, esse maximè consonam & conformem decreto capituli, Omnis vtriusq; sexus, in quantum dicit confessiones debere audiri à proprio Sacerdote, vel de licentia ipsius proprii Sacerdotis. Hæc dicta sunt ad mentem prædictorum doctissimorum virorum.

5 ¶ Secundū dubium est: An omnes istæ ceremoniæ iam relatæ ex dicta Clemētina sint ex necessitate seruandæ? Ad quod respondetur q̄ non: sed quomodocūq; & qualitercūq; Episcopi acceptent & approbent eiusmodi confessionarios tāquā sibi legitime presentatos iuxta prædictam formam, hoc sufficere. Et ratio est, quia illa Extrauagans, Dudum, de Sepulturis, ita est in fauorem Episcoporum, vt eis debita reuerentia præbeatur à Prælatis, & Fratribus Ordinum Mendicantium, vt sint
eis